

3. Potestis bibere * cálicem, quem ego bibiturus sum? Dicunt ei : Póssumus.

4. Cálicem quidem meum * bibétis : sedere autem ad dexteram meam, et ad sinistram, non est meum dare vobis, sed quibus parátum est a Patre meo.

5. Quicumque volúerit * inter vos major fieri, sit vester minister.

Capitulum. 1. Cor. 4. b

FRatres : Puto quod Deus nos Apóstolos novísimos osténdit, tamquam morti destinátos : quia spectáculum facti sumus mundo, et Angelis, et homínibus.

Hymnus.

Jesu, salus mortá-
lium,
Nobis ades dum dicimus
Laudes patróno Hispániæ,
Tuam canéntes glóriam.
Laudándus hic est únice,
Quod primus in certámi-
ne
Apóstolis ex ómnibus
Pro te profúdit sángu-
nem.

Tui beátus plúribus
Notis amóris máximi :
Quod testis usque inté-
ruit
Recónditis mystériis.
Seu vi poténtis dexteræ
Surgit Jairi filia,

Quando in patéris ædi-
bus

Est excitáta ab inferis.

Seu vultus ut sol splén-
didus,

Et vestis ut nix cándida,
Thabóris alto in vértice
Signum tuæ dant glóriæ.

Seu monte olivis cónsito
Angóris est index tui
Sudor, tuo de córpore
Ceui gutta manans sán-
guinis.

Deo Patri sit glória,
Ejúsque soli Filio,
Cum Spíritu Paráclito,
Et nunc, et omne in sæ-
culum. Amen.

V. Annuntiavérunt ópe-
ra Dei. **R.** Et facta ejus
intellexérunt.

Ad Bened. Aña. Visitá-
vit nos * per sanctum
suum Apóstolum, et fecit
salútem de inimícis no-
stris Dóminus Deus no-
ster.

Oratio.

ESto Dómine plebi tuæ
sanctificátor et cu-
stos : ut beáti Jacóbi Apó-
stoli tui munita præsídiis,
et conversatióne tibi plá-
ceat, et secúra mente de-
sérviat. Per Dóminum
nostrum.

Et fit Commem. Feriæ.

AD TERTIAM.

**Capitulum ut supra in
Laudibus.**

R. br. In omnem ter-
ram, * Exívit sonus eó-

rum. In. **V.** Et in fines
orbis terræ verba eórum.
Exívit Glória Patri. In
omnem.

V. Constitúes eos prin-
cipes super omnem ter-
ram. **R.** Mémoires erunt
nóminis tui Dómine.

AD SEXTAM.

Capitulum. 1. Cor. 4. c

NOS stulti propter
Christum, vos au-
tem prudéntes in Christo :
nos infirmi, vos autem
fortes : vos nóbiles, nos
autem ignóbiles.

R. br. Constitúes eos
principes, * Super omnem
terram. Constitúes. **V.** Mé-
moires erunt nóminis tui
Dómine. Super. Glória
Patri. Constitúes.

V. Nimis honoráti sunt
amíci tui Deus. **R.** Nimis
confortátus est principá-
tus eórum.

AD NONAM.

Capitulum. 1. Cor. 4. c

NAM si decem millia
pædagogórum ha-
beátis in Christo : sed
non multos patres. Nam
in Christo Jesu per Evan-
gélium ego vos genui.

R. br. Nimis honoráti
sunt, * Amíci tui Deus.
Nimis. **V.** Nimis confor-
tátus est principátus eó-
rum. Amíci. Glória Pa-
tri. Nimis.

V. Annuntiavérunt ópe-
ra Dei. **R.** Et facta ejus
intellexérunt.

IN II. VESPERIS.

**Añæ et Capit. de Laud.
Psalmi ut in ij. Vesp. de
Communi Apostolorum.
Hymnus. Defénsor alme.
ut in j. Vesp. 124.**

V. Annuntiavérunt ópe-
ra Dei. **R.** Et facta ejus
intellexérunt.

Ad Magnif. Aña. O beá-
tum Apóstolum, * qui in-
ter primos eléctus, pri-
mus ómnium Apostoló-
rum Dómini cálicem bí-
bere méruit! O gloriósum
Hispániæ regnum tali pí-
gnore ac patróno muní-
tum, per quem fecit illi
magna qui potens est!

Et fit Commem. Feriæ.

TEMPORE PASCHALI.

IN I. VESPERIS.

**Añæ et Capit. de Lau-
dibus. 134. Psalmi ut in
j. Vesp. de Comm. Apost.**

Hymnus ut supra p. 128.

V. Sancti et justi in Dó-
mino gaudéte, allelúia.
R. Vos elégit Deus in he-
reditátem sibi, allelúia.

Ad Magnif. Aña. Misit
Heródes * rex manus, ut
afflígeret quosdam de Ec-
clésia. Occídit autem Ja-
cóbium fratrem Joánnis
gládio, allelúia.

Oratio.

Esto Dómine plebituæ sanctificátor et custos : ut beáti Jacóbi Apóstoli tui munita præsidíis, et conversatióne tibi pláceat et secúramente desérviat. Per Dóminum.

AD MATUTINUM.

Invitat. Regem Apóstolorum Dóminum, * Venite adorémus, allelúia.

Hymnus. Tristes erant cum Añis, Psalmis et **XX.** Noct. ut in Comm. Apóst. tempore Paschali.

In j. Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrente.

R. j. Procédens Jesus juxta mare Galilææ, vidit duos fratres Jacóbum Zebedæi, et Joánnem fratrem ejus in navi, * Et vocávit eos : qui statim, relictis rétibus et patre, secúti sunt Dóminum, allelúia. **V.** Erant Jacóbus et Joánnes fratres in navi cum Zebedæo patre eórum, reficiéntes rétia sua. — Et vocávit.

R. ij. Vocávit ad se Dóminus Jacóbum Zebedæi, et Joánnem fratrem Jacóbi, et fecit ut essent secum inter duódecim, et ut mitteret eos prædicáre. * Et impósuit eis nómina Boanérge, quod est filii tonítrui, allelúia. **V.** In omnem terram exívit so-

nus eórum, et in fines orbis terræ verba eórum. — Et impósuit.

R. iij. Cum venisset Jesus in domum princípis synagógæ, * Non permísit intráre secum quemquam nisi Petrum, et Jacóbum, et Joánnem, et patrem et matrem puéllæ, allelúia. **V.** Et dixit : Nolíte flere, non est mórtua puélla, sed dormit. — Non. Glória Patri. Non.

In II. Nocturno.

Sermo sancti Augustíni Epíscopi.

LECTIO IV.**Serm. 43. de Sanctis.**

SI omnium sanctorum Mártýrum grata nobis debet esse solémnitas, fratres caríssimi, quanto grátior eórum, qui præsentem secúti sunt principem Mártýrum? Si agnórum, quanto magis arietum? Illórum enim filii non generatióne carnis, sed imitatióne virtútis facti sunt omnes, qui postérius usque ad mortem confessi sunt Christum. Hos obtulerunt pópuli Géntium, de quibus Psalmus ante cantávit dicens : Afferte Dómino filios arietum. His primum Dóminus, cum ad confessióne sui nóminis hortarétur, non solum se promísit victóriæ corona-

LECTIO V.

torem, sed et certáminis adjutórem. Etiam in ipsis et pósteros admonébat : quóniam quod dicébat, scriptum pósteris relinquebat. Illis ergo ait, exhortans eos : Cum addúcent vos ad principes et potestátes, nolíte cogitare quid respondeátis vel quid loquámini. Non enim vos estis, qui loquimini, sed Spíritus Patrís vestri, qui loquitur in vobis. Meditári vétuit, et confitéri præcépit. Máluit enim auférre præsumptióne humanam, et grátiam dare divinam : ut in semetipsis tímidi, et mundo essent audáces. Unde et in álio Psalmo vox Mártýrum dicit, quasi ex parte humanæ fragilitátis veréndo : Eripe me de inimicis meis Deus meus, et ab insurgéntibus in me libera me. Et paulo post, de auxilio divino confidens, dicit : Fortitúdinem meam ad te custódiám.

R. Assúmpsit Jesus Petrum, et Jacóbum, et Joánnem fratrem ejus, et duxit illos in montem excelsum seorsum : * Et transfigurátus est ante eos, allelúia. **V.** Et ecce apparuerunt illis Móyses et Elías cum eo loquéntes. — Et.

Supra céteras enim turbas fidélium, necnon antiquórum justórum et Prophetárum, emínentes Apóstolos suos volens Dóminus osténdere, dixit ad eos : Beáti óculi, qui vident quæ vos vidétis, et aures, quæ audiunt, quæ vos auditis. Multi enim Prophétæ et justi voluerunt vidére, quæ vos vidétis, et non viderunt; et audire, quæ vos auditis, et non audierunt. Item álibi : Jam, ait, non dicam vos servos, quia servus nescit quid faciat dóminus ejus. Vos autem dixi amicos, quia ómnia quæcúmque audivi a Patre meo, nota feci vobis. Item ait idem álio loco : Quæcúmque ligaveritis super terram, erunt ligáta et in cælo, et quæcúmque solvéritis super terram, erunt solúta et in cælo. Item álibi sciscitánti Petro, quid sibi et sóciis suis profuisset reliquisse ómnia et sequi Redemptórem, respóndit dicens : Amen dico vobis, quod vos, qui secúti estis me, in regeneratióne, cum sederit Filius hóminis in sede majestátis suæ, sedébitis et vos super sedes duódecim, judicántes duódecim tribus Israel.

R. Potestis bibere calicem quem ego bibo? aut baptismo, quo ego baptizor, baptizari? dixit Jesus Jacobo et Joanni filiis Zebedæi. * At illi dixerunt ei: Possumus, alleluia. **V.** Calicem quidem quem ego bibo, bibetis, et baptismo quo ego baptizor, baptizabimini. — At illi.

Lectio vij.

Isti sunt lux mundi, quia per ipsos lumen fidei et veræ scientiæ primum Dominus huic mundo tradidit: et ab eorum ac peccatorum tenebris gentes et populos eruit. Isti sunt sal terræ, quia per eos terrigenæ condimentum saporis vitæ æternæ perceperunt, ut restringerent carnis lasciviam, et a putredine peccatorum et vitiorum vermibus servarentur illæsi. Isti sunt lapides pretiosi, quos in fundamento cœlestis ædificii posuit Joannes in Apocalypsi sua describit, quia prædicatio eorum Ecclesiæ fundamenta locavit. Unde et Paulus ait: Vos estis cives Sanctorum, et domestici Dei, superædificati super fundamentum Apostolorum, et Prophetarum. Isti sunt duodecim portæ Jerusalem novæ, quæ de

cœlo descendit: quia per ipsos januam fidei primum intravimus: et inter cives Sanctorum annumerati sumus.

R. Assumpsit Jesus Petrum, et Jacobum, et Joannem secum, et coepit pavere et tædere. * Et ait illis: Tristis est anima mea usque ad mortem, alleluia. **V.** Sustinete hic et vigilate mecum. — Et. Glória Patri. Et.

In III. Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vij. Cap. 20.

In illo tempore: Accessit ad Jesum mater filiorum Zebedæi cum filiis suis, adorans et petens aliquid ab eo. Et reliqua.

De Homilia sancti Joannis Chrysostomi.

Hom. 66. in Matth.

Sedere autem ad dexteram, et ad sinistram, non est meum dare, sed quibus paratum est a Patre meo. Quidnam sibi vult, quod modo dictum est? Duo enim hic a multis quaeruntur: primum, si a dextris ejus sedere quibusdam paratum sit: alterum, si Dominus omnium non possit illis præbere, quibus paratum est. Ex quibus primo soluto,

alterum etiam patébit. Quid igitur est, quod dicit? Nullus profecto a dextris, nullus a sinistris ejus sedébit. Inaccessibilis quippe sedes est illa, non hominibus dico solum, sed Angelis, sed Archangelis ceterisque Virtutibus. Quod quasi præcipuum Unigéniti privilegium Paulus posuit, dicens: Ad quem autem Angelorum dixit unquam: Sede a dextris meis? Et ad Angelos quidem inquit: Qui facit Angelos suos spiritus; ad Filium autem: Thronus tuus Deus in sæculum sæculi.

R. Misit Herodes rex manus, ut affligeret quosdam de Ecclesia: * Occidit autem Jacobum fratrem Joannis gladio, alleluia. **V.** Ecce ego mitto ad vos Prophetas, et sapientes, et Scribas, et ex illis occidetis. — Occidit.

Lectio viij.

Quomodo igitur dixit: Sedere a dextris atque a sinistris meis non est meum dare? An quia consessuri alii sunt? Minime inquam. Ad mentem enim interrogantium descendens respondet. Non enim de sublimi sede illa, quæ ad dexteram Patris est, aliquid scié-

bant, qui vel multo inferiora, quæ quotidie auribus eorum inculcabantur, non percipiébant. Unum solummodo quaerébant, præfectura potiri, et omnium se primos apud eum constitui: quodque jam diximus, cum duodecim sedes audissent, ignorantes quod dicebatur, primatum consessus postularunt.

R. Iste est, qui ante alios Apostolos primus plantavit Ecclesiam sanguine suo: * Cujus corpus in Gallæciam delatum per totum orbem glória illustratur, alleluia. **V.** O sidus, o decus Hispaniæ, sancte Jacobe Apostole, intercède pro nobis ad Deum, qui te elegit. — Cujus. Glória. Cujus.

Lectio ix.

Quid igitur ait Christus? Propter me quidem ac prædicationis meæ gratia moriemini, et meæ passionis participes eritis, sed non est id satis ad primum locum atque ordinem obtinendum. Nam si quis postea veniet martyrio et aliarum omnium numero virtutum ita decoratus, ut non parum excédere vos videatur, nolite credere, quia vos amo ceterisque antepono, idcirco eo, qui ma-

jöribus nitet opëribus, ex-
pülso, vobis primum me
locum datürum.

Te Deum laudámus.

AD LAUDES,

et per Horas, Anæ.

1. Accessit ad Jesum *ma-
ter filiörum Zebedæi cum
filiis suis, adorans et pe-
tens áliquid ab eo, allelúia.

Psalmi de Dominica.

2. Dic, ut sédeant * hi
duo filii mei, unus ad
dexteram tuam, et unus ad
sinístram in regno tuo,
allelúia.

3. Potéstis bîbere cáli-
cem, * quem ego bibíturus
sum? dicunt ei : Póssu-
mus, allelúia.

4. Cálicem quidem meum
bibétis : * sedére autem ad
dexteram meam et ad si-
nístam, non est meum
dare vobis, sed quibus
parátum est a Patre meo,
allelúia.

5. Quicúmque volúerit *
inter vos major fieri, sit
vester mínister, allelúia.

Capitulum. 1. Cor. 4.

FRatres, Puto, quod
Deus nos Apóstolos
novíssimos osténdit, tam-
quam morti destinátos :
quia spectáculum facti su-
mus mundo, et Angelis et
homínibus.

Hymnus.

Jesu, salus mortá-
lium,
Nobis ades, dum dícimus

Laudes Patróno Hispá-
niæ,

Tuam canétes glóriam.

Laudándus hic est únice,
Quod primus in certá-
mine

Apóstolis ex ómnibus
Pro te profúdit sángu-
nem.

Tui beátus plúribus

Notis amóris máximi :

Quod testis usque inté-
ruit

Recónditis mystériis.

Seu vi poténtis dexterae

Surgit Jaíri filia,

Quando in patérnis aedibus

Est excitata ab ínferis.

Seu vultus ut sol splén-
didus,

Et vestis ut nix cándida,

Thabóris alto in vértice

Signum tuæ dant glóriæ.

Seu monte olívis cónsito

Angóris est index tui

Sudor tuo de corpore,

Seu gutta manans sán-
guinis.

Deo Patri sit glória,

Et Filio qui a mórtuis

Surréxit, ac Paráclito,

In sempitérna sæcula.

Amen.

℣. Pretiósia in conspéctu
Dómini, allelúia. ℞. Mors
Sanctórum ejus, allelúia.

Ad Benedictus, Anæ. Visi-
távit nos * per sanctum
suum Apóstolum, et fecit
salútem de inimicis no-
stris Dóminus Deus no-
ster, allelúia.

Oratio.

Esto Dómine plebi tuæ
sanctificátor et cus-
tos : ut beáti Jacóbi Apó-
stoli tui muníta præsidii,
et conversatióne tibi plá-
ceat et secúra mente de-
serviat. Per Dóminum.

AD TERTIAM.

Capit. Fratres, Puto. ut
supra ad Laudes.

℞. br. Sancti et justi in
Dómino gaudéte, * Alle-
lúia, allelúia. Sancti et
justi. ℣. Vos elégit Deus
in hereditatem sibi. Alle-
lúia, allelúia. Glória Pa-
tri. Sancti et justi.

℣. Lux perpétua lucébit
sanctis tuis Dómine, alle-
lúia. ℞. Et æternitas tém-
porum, allelúia.

AD SEXTAM.

Capitulum. 1. Cor. 4.

NOS stulti propter
Christum, vos au-
tem prudéntes in Christo :
nos infirmi, vos autem
fortes : vos nóbiles, nos
autem ignóbiles.

℞. br. Lux perpétua lu-
cébit sanctis tuis Dómine,
* Allelúia, allelúia. Lux
perpétua. ℣. Et æternitas
témporum. Allelúia, alle-
lúia. Glória Patri. Lux.

℣. Lætítia sempitérna
super cápita eórum, alle-
lúia. ℞. Gáudium et ex-

sultatiónem obtinébunt,
allelúia.

AD NONAM.

Capitulum. 1. Cor. 4.

NAM si decem míllia
pædagogórum ha-
beátis in Christo, sed non
multos patres. Nam in
Christo Jesu, per Evan-
gélium ego vos genui.

℞. br. Lætítia sempitér-
na super cápita eórum,
* Allelúia, allelúia. Lætí-
tia. ℣. Gáudium et exsul-
tatiónem obtinébunt. Alle-
lúia, allelúia. Glória Patri.
Lætítia.

℣. Pretiósia in conspéctu
Dómini, allelúia. ℞. Mors
sanctórum ejus, allelúia.

IN II. VESPERIS.

Anæ et Capitulum ut ad
Laudes.

Psalmi ut in ij. Vesp. de

Communi Apostolorum.

Hymnus ut supra p. 124.
cum conclus. Pasch.

℣. Pretiósia. ut supra.

Ad Magnificat, Anæ. O
beátum Apóstolum, * qui
inter primos eléctus, pri-
mus ómnium Apóstoló-
rum Dómini cálicem bí-
bere mérui! O gloriósum
Hispániæ regnum, tali
pignore ac Patróno mu-
nítum, per quem fecit illi
magna qui potens est,
allelúia.



Officium de Immaculat. Concept. B. M. V.

Hispaniæ Patronæ.

Ex concessione Clementis Papæ XIII. recitandum in regnis Hispaniar. (ritu semid., atque extra Advent., Quadrag., Quat. Temp. et Vigil.) singulis Sabbatis non impeditis Festo novem Lect. nec Officio Dominicæ anticipandæ. Verum S. R. C. die 18. Febr. 1889 indulgere dignata est extensio- nem Officii ejusdem ad omnia illa Sabbata indulto Clementino excepta, et

quæ non excipit indultum gener. d. 5. Julii 1883; ita tamen ut diebus in veteri indulto exceptis, hodie liberum sit recitare Officium votivum, aut feriale, vel Vigil.; diebus vero in eodem veteri indulto non exceptis, in posterum recitari omnino debeat Officium votivum, et non feriale, neque Sancti ritus simplicis.

Offic. ut in Brev. pro universali Ecclesia.



Officium B. Mariæ V. de Guadalupe

Mexicanæ sive Regni Novæ Hispaniæ Patronæ.

DUPLEX MAJUS.

Quod in omnibus dominiis catholico regi subiectis sub Duplici majori die ab Ordinariis assignanda (excepta Dominica) Benedictus Papa XIV. benigne concessit.

Omnia ut in Festis B. M. V. per Annum, præter seq.

Ad Magnif. Añã. Elégi et sanctificavi locum istum, ut sit ibi nomen meum, et permâneant oculi mei et cor meum ibi cunctis dièbus.

Oratio.

DEus, qui sub beatissimæ Virginis Mariæ singulari patrocinio constitutos perpétuis beneficiis nos cumulâri voluisti: præsta supplicibus tuis; ut, cujus hodie commemoratione lætâmur in terris, ejus conspectu perfruâmur in cælis. Per Dóminum.

In Quadrag. fit Commemoratio Feriæ.

In I. Nocturno.

De libro Ecclesiastici.

Leectio j. Cap. 24.

GO ex ore Altissimi prodivi, primogénita ante omnem creaturam. Ego feci in cælis ut orirétur lumen indeficiens, et sicut nébula texti omnem terram. Ego

in altissimis habitavi, et thronus meus in columna nubis. Gyrum cæli circumivi sola, et profundum abyssi penetravi; in fluctibus maris ambulavi, et in omni terra steti: et in omni pópulo et in omni gente primátum hábui: et ómnium excellentium et humilium corda virtute calcavi: et in his ómnibus réquiem quæsivi, et in hereditate Dómini morabor. Tunc præcepit, et dixit mihi Creátor ómnium, et qui creávit me, requiêvit in tabernáculo meo, et dixit mihi: In Jacob inhábita, et in Israel hereditare, et in electis meis mitte radices.

R. Vidi speciósam sicut colúmbam, ascendentem desuper rivos aquarum: cujus inæstimabilis odor erat nimis in vestimentis ejus: * Et sicut dies verni circúmdabunt eam flores rosarum, et lilia convallium. **V.** Quæ est ista quæ ascendit per désertum sicut virgula fumi, ex aromátibus myrrhæ et thuris? — Et sicut dies.

Leectio ij.

AB initio, et ante sæcula creata sum, et usque ad futurum sæcu-

lum non desinam, et in habitatiōe sancta coram ipso ministravi. Et sic in Sion firmata sum, et in civitate sanctificata similiter requievi, et in Jerusalem potestas mea. Et radicavi in populo honorificato, et in parte Dei mei hereditas illius, et in plenitudine sanctorum detentio mea. Quasi cedrus exaltata sum in Libano, et quasi cypressus in monte Sion. Quasi palma exaltata sum in Cades, et quasi plantatio rosae in Jericho. Quasi oliva speciosa in campis, et quasi platanus exaltata sum juxta aquam in plateis. Sicut cinnamomum et balsamum aromatizans odorem dedi: quasi myrrha electa dedi suavitatem odoris: et quasi storax et galbanus et ungula et gutta, et quasi Libanus non incisus vaporavi habitatiōem meam, et quasi balsamum non mistum odor meus.

R. Quae est ista quae ascendit sicut aurora consurgens, pulchra ut luna, electa ut sol? ***** Terribilis ut castrorum acies ordinata? **V.** Filia Sion, tota formosa et suavis es, pulchra ut luna, electa ut sol. — Terribilis.

Lectio iij.

EGO quasi terebinthus extendi ramos meos, et rami mei honoris et gratiae. Ego quasi vitis fructificavi suavitatem odoris, et flores mei fructus honoris et honestatis. Ego mater pulchrae dilectionis, et timoris et agnitionis et sanctae spei. In me gratia omnis viae et veritatis: in me omnis spes vitae et virtutis. Transite ad me omnes qui concupiscitis me, et a generationibus meis implemini. Spiritus enim meus super mel dulcis, et hereditas mea super mel et favum. Memoria mea in generationes saeculorum. Qui edunt me, adhuc esurient, et qui bibunt me, adhuc sitient. Qui audit me, non confundetur: et qui operantur in me, non peccabunt. Qui elucidunt me, vitam aeternam habebunt.

R. Quae est ista quae processit sicut sol, et formosa tamquam Jerusalem? ***** Viderunt eam filiae Sion, et beatam dixerunt, et reginae laudaverunt eam. **V.** Et sicut dies verni circumdabant eam flores rosarum et lilia convallium. — Videtur. **Gloria Patri.** Videtur.

In II. Nocturno.

Sermo sancti Bernardi Abbatis.

De verb. Apocal. cap. 12.

Lectio ib.

Idelis plane et praepotens mediator Dei et hominum homo Christus Jesus. Nec ipsa mulier benedicta in mulieribus videbitur otiosa: inveniatur equidem locus ejus in hac reconciliatione. Opus est enim mediatore ad mediatorem Christum, nec alter nobis utilior quam Maria. Quid ad Mariam accedere trepidet humana fragilitas? Nihil austerum in ea, nihil terribile. Quod si (ut vere sunt) plena magis omnia pietatis et gratiae, plena mansuetudinis et misericordiae, quae ad eam pertinent, inveneris; age gratias ei qui talem tibi mediatricem benignissima miseratione providit. Omnibus omnia facta est, omnibus misericordiae sinum aperit, ut de plenitudine ejus accipiant universi: captivum redemptionem, aeger curatiōnem, tristis consolationem, peccator veniam, justus gratiam, Angelus laetitiam, denique tota Trinitas gloriam.

R. Signum magnum ap-

paruit in caelo, mulier amicta sole, et luna sub pedibus ejus: ***** Et in capite ejus corona duodecim stellarum. **V.** Fundamenta ejus in montibus sanctis, diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Jacob. — Et in capite.

Lectio v.

Mirum ea est, quae velut alterum solem induit sibi. Quemadmodum enim ille super bonos et malos indifferenter oritur, sic ipsa quoque praeterita non discutit merita; sed omnibus sese exorabilem, omnibus clementissimam, se praebet, omnium denique necessitates amplissimo quodam miseratur affectu. Nam et defectus omnis sub ea, et quidquid fragilitatis seu corruptionis est, excellentissima quadam sublimitate praeter ceteris omnibus excedit et supergreditur creaturis, ut merito sub ejus pedibus luna esse dicatur. Amplectemur Mariae vestigia, fratres mei, et devotissima supplicatione beatis illius pedibus provolvamur. Teneamus eam, nec dimittamus, donec benedixerit nobis. Virtus Altissimi obumbrabit tibi. Nihil itaque mirum, si sub tali

umbráculo talis etiam a muliere sustineatur amictus. Mulier amicta sole. Induimini Dominum Jesum Christum. Quam familiaris ei facta es, Domina! Quam proxima, imo quam intima fieri meruisti! Quantam invenisti gratiam apud Deum! In te manet, et tu in eo; et vestis eum, et vestiris ab eo: vestis eum substantia carnis, et vestiris ab eo gloria sue majestatis.

R. Quæ est ista quæ progreditur quasi aurora consurgens: * Pulchra ut luna, electa ut sol? **V.** Quasi arcus refulgens inter nebulas gloriæ, et quasi flos rosarum in diebus vernis. — Pulchra.

Lectio vij.

In capite, inquit, ejus corona stellarum duodecim. Dignum plane stellis coronari caput, quod et ipsis longe clarius micans ornet eas potius quam ornatur ab eis. Quidni coronent sidera, quam sol vestit? Sicut dies verni circumdabant eam flores rosarum et lilia convallium. Quis illas æstimet gemmas? Quis stellas nominet, quibus Mariæ regium diadema compactum est? Supra hominem est coronæ hujus ratio-

nem exponere, indicare compositionem. In ea fere specie anno millésimo quingentesimo trigésimo primo mirabiliter picta Deiparæ imago Mexici apparuisse fertur: quæ inibi loci prope Urbem, ubi pio neophyto ædem sibi sacram prodigio dicitur designasse magnifico excépta templo, ingenti colitur populorum ac miraculorum frequentia.

Quam propterea uti præsentissimum adversus publicas privatæque calamitates præsidium, Archiepiscopus Mexicanus, ut reliqui etiam illarum partium Antistites, omnium ordinum consensione, in primariam adlegit Novæ Hispaniæ Patronam, ritæque electam Benedictus decimus quartus auctoritate apostolica declaravit, atque Officium proprium et Missam sub titulo beatæ Virginis Mariæ Guadalupensis recitari concessit.

R. Elégi et sanctificavi locum istum: * Ut sit ibi nomen meum, et permaneant oculi mei et cor meum ibi cunctis diebus.

V. Non fecit taliter omni nationi et judicia sua non manifestavit eis. — Ut sit. **Gloria Patri.** Ut sit.

In III. Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vij. Cap. 1.

In illo tempore: Exsurgens Maria abiit in montana cum festinatione in civitatem Juda. Et intravit in domum Zachariæ, et salutavit Elisabeth. Et reliqua.

Homilia sancti Bernardi Abbatis.

De verb. Apocal. cap. 12.

Irabatur Elisabeth personam venientis, dicens: Unde hoc mihi, ut veniat mater Domini mei ad me? Comendabat et vocem salutantis, adjiciens: Ut facta est vox salutationis tuæ in auribus meis, exsultavit in gaudio infans in utero meo. Et beatificabat fidem credentis: beata, inquit, quæ credidisti. Magna quidem præconia; sed et devotâ humilitas, nihil sibi passa retinere, in eum magis universa refudit, cujus in se beneficia laudabantur.

R. Felix namque es, sacra Virgo Maria, et omnia laude dignissima: * Quia ex te ortus est sol justitiæ, Christus Deus noster.

V. Ora pro populo, interveni pro clero, intercede pro devoto femineo sexu:

séntiant omnes tuum juvenem, quicumque celebrant tuam sanctam festivitatem. — Quia.

Lectio viij.

TU, inquit, magnificas matrem Domini; sed magnificat anima mea Dominum. In voce mea filium perhibes exsultasse in gaudio: sed exsultavit spiritus meus in Deo salutari meo: et ipse quoque tamquam amicus sponsi gaudet ad vocem sponsi. Beatam esse dicis, quæ credidisti; sed credulitatis et beatitudinis causa respectus est supernæ pietatis; ut ex hoc magis beatam me dicant omnes generationes, quia ancillam humilem et exiguum respexit Deus. Verumtamen numquid putamus, fratres, Elisabeth sanctam in eo, quod per Spiritum utique loquebatur, errasse? Absit. Beata plane quam respexit Deus, et beata quæ credidit. Hic enim magnus divinæ refectionis existit fructus.

R. Beatum me dicent omnes generationes: * Quia fecit mihi Dominus magna, qui potens est, et sanctum nomen ejus. **V.** Et misericordia ejus a progenie in progenies timéntibus eum. — Quia. **Gloria Patri.** Quia.

In Quadrag. Lectio ix.
et Commem. Feriæ.

Lectio ix.

Ineffabili siquidem officio Spiritus superueniens tantæ humilitati magnanimitas tanta in secretario virginei cordis accessit, ut quod videlicet nec humilitas tanta minuit magnanimitatem, nec magnanimitas tanta humilitatem. Sed cum in sua æstimatione tam humilis esset, nihilominus et in promissionis credulitate magnanimitas; ut quæ nihil aliud, quam exigam sese reputabat ancillam, ad inscrutabile sacramentum nullatenus se dubitaret electam, et veram Dei et hominis genitricem crederet mox futuram. Jam te, Mater misericordiae, per ipsum sincerissimæ tuæ mentis af-

fectum, tuis jacens provoluta pedibus luna, mediatrix sibi apud solem iustitiæ constitutam devotis supplicationibus interpellat? ut in lumine tuo videat lumen, et solis gratiam tuo mereatur obtentu, quam vere amavit præ omnibus, et ornavit stola gloriæ induens, et coronam pulchritudinis ponens in capite tuo.

Te Deum laudamus.

Ad Bened. Añã. Non fecit taliter omni nationi, et iudicia sua non manifestavit eis.

In ij. Vesperis, omnia ut in Festis B. M. V. per Annum, excepta Añã ad Magnif. Leva in circuitu oculos tuos, et vide: Omnes isti congregati sunt, venerunt tibi: filii tui de longe venient, et filiae tuæ de latere surgent.



Benedictio et Impositio Scapularis Caerulei

B. Mariæ V. Immaculatae.

PROPR. CLER. REGUL. THEATINORUM.

QUI suscepturus est scapulare, genuflectat: et Sacerdos superpelliceo et stola alba indutus, capite detecto, dicat absolute:

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini. **R.** Qui fecit cælum et terram.

V. Dominus vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo.

Orémus.

Domine Jesu Christe, qui tegimen nostræ mortalitatis induere dignatus es, tuæ largitatis clementiam humiliter imploramus: ut hoc genus vestimenti, quod in honorem et memoriam Conceptionis beatæ Mariæ Virginis immaculatae, nec non ut illo induti exorent in hominum pravorum morum reformationem, institutum fuit, benedicere digneris; ut hic famulus tuus, qui eo usus fuerit (vel hæc famula tua, quæ eo usa fuerit; si plures suscepturi sint, dicatur: hi famuli tui qui eo usi fuerint; vel: hæc famulae tuæ quæ eo usæ fuerint, eadem beata Maria Virgine intercedente, te quoque induere merea-

tur (vel mereantur). Qui vivis et regnas in sæcula sæculorum.

R. Amen.

Postea Sacerdos nihil dicendo aspergit scapulare vel scapularia Aqua benedicta: deinde illud imponit, dicens:

Accipe frater (vel soror) scapulare Conceptionis beatæ Mariæ Virginis immaculatae: ut, ea intercedente, veterem hominem exutus (vel exuta) et ab omni peccatorum inquinamento mundatus (vel mundata), ipsum perferas sine macula, et ad vitam pervenias sempiternam. Per Christum Dominum nostrum.

R. Amen.

Postea subjungit:

Et ego, ex facultate mihi concessa, recipio te (vel vos) ad participationem bonorum omnium spiritualium, quæ in Clericorum Regularium Congregatione ex gratia Dei fiunt, et quæ per sanctæ Sedis apostolicæ privilegium concessa sunt.

In nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti. **R.** Amen.